



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Tertia pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

ipsa enim virgo que genuit fuit et obstetrix. nec aliam mulierem adhibuit. indigent enim mulieres obstetricibus propter dolorem partus. sed virgo non doluit. Item nulla fuit mulier digna tangere christi carnem. nisi beata virgo. et ideo sola balneauit eum. Item nulla ei mulier prebuit lac. quia illud lac erat ex semine. sed sola beata virgo prebuit mamillam lacte de celo plenam. unde cantat ecclesia. saluatorem seculorum ipsam regem angelorum. sola virgo lactabat vbera de celo plena. Et ideo dicit Hieronymus. contra Iulianum. Nulla ibi obstetrix fuit. nulla mulierculaz seductas successit. ipsa mater et obstetrix fuit. pannis inquit inuoluit infantem et posuit in presepio: que sententia apocryphorum deliramenta conuincit. Hinc etiam cantat ecclesia membra pannis inuoluta. virgo mater alligat. et pedes manusque crura strida cinxit fascia. Deinde ponit humile reclinatorium. et reclinavit inuolutum infantem in presepio. Ecce enim magna indigentia. quis unquam in tanta paupertate natus est. ut oportuerit eum reclinari in presepio animalium. sed licet vulpes foueas habeant et volucres celi nidus. filium tamen virginis non habet ubi caput suum reclinet. Istud autem presepium cum feno dicitur esse Rome delatum ab helena in ecclesiam sancte Marie maioris. quia non erat ei locus: alius nisi presepe: in diuersorio: est autem diuersorium locus communis situs penes vias: ad quem homines eque collationis conueniunt in die. Ioseph autem ibidem manebat cum virgine. ob multitudinem eius eorum que venerant bethleem Ioseph tanquam pauper non potuit inuenire hospicium.

Tercia pars

¶

Erdo. cui dicitur et pastores erant: tangitur pastorale privilegium per fese claritatis. siue tangitur pastoribus manifestata christi natiuitas ubi tanguntur quique

Primum est pastorum cura sollicita. ubi dicit: et pastores erant in regione eadem: non longius a bethleem quam per miliare: vigilantes: Nota quod forte vigilabant propter tria: vel iuxta morem gentiliuz propter solis reuerentiam quia in solsticiis noctis vigilas seruabant. vel propter timorem malarum bestiarum. aut propter timorem predonuz. quia multi extranei conuenerant in regionem. ideo vigilantes custodiebant gregem unde dicit et vigilas noctis custodientes super gregem suum: Secundo ponitur angelica apparitio. et ecce quasi: subito: id est ex improviso. angelus domini. hic est ille angelus: qui virgini annunciauerat verbi conceptum: unde ipse amplius ceteris angelis gaudet. quia quod predixerat completum erat. ideo ante

Sermo

omnes se agebat ut christi natiuitatem predicaret: stetit iuxta illos: ita ut eum corporali specie viderent veste candida, rutilanti facie: vultu iocundo: et claritas dei circumfulsit illos. id est secundum Bedam. Ex omni parte illorum radios sui luminis aspersit. et huic simile in tota veteris testamenti serie non inuenitur. et tanta fuit ista claritas ac si dies esset. De hoc predictum fuit *Ysa. nono capitulo. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Psalmista. Nox sicut dies illuminabitur.*

Q Tercio ponitur pastorum perturbatio. et timuerunt timore magno: timuerunt forte propter. Primo quia erant gentes a spiritualia non consueuerant videre. Secundo timuerunt propter subitam claritatem apparentem. Tercio propter gloriosam dispositionem apparentis angeli. que sic illos perterrituit quasi extra seipsum essent rapti. Quarto ponitur angelica allocutio: et dixit illis: stupentibus et mirantibus angelus: noli timere. ad presentiam meam. nunc timendum non est quomodo nunc nascitur qui omnem mentis formidinem abigit et tremorem. Et nota quod iuxta morem boni angeli primo confortat eos ne timeant. quatenus sacramentum natiuitatis domini expulso timore intelligat. Solet enim timor intellectum humanum obtundere. et quominus intelligat impedire.

R Quinto ponitur diuine natiuitatis annuntiatio: ecce enim: quasi prompto. et non sicut prophete qui tuturam christi natiuitatem predicabant: euangelizatio id est bene annunciare incipio. hec est dies boni nuncii. ut dicitur quarto *Rogatus ca. secundo. vobis scilicet pastoribus.* Nota quod isti fuerunt primi quibus annunciata fuit christi natiuitas non enim annunciata fuit legis peritis non pontificibus iudeorum. non potestati seculi. non mundi philosophis quoniam sicut humilis nascebatur. ita solis se manifestauit humilibus et abiectis. unde *Math. vnde capitulo dicit. Confiteor tibi pater. quoniam abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis.* Pastoribus autem primo se manifestauit. quoniam verus nascebatur pastor. qui ponit animam suam pro ouibus suis *Jo han. sexto ca. Deinde ponitur quid euangelizauit angelus gaudium magnum. magnum quidem gaudium fuit intensiue. unde *Wester octauo capitulo. Noua lux visa est. gaudium honore et tripudium apud omnes populos. fuit etiam magnum gaudium extensiue. unde addit quid erit omni populo: glosa: omni populo fidelium. de cunctis diuersitatibus gentium aggregando eternum gaudium nunciatur. Deinde ponit materiam gaudii: quia natus est vobis. *Ysa. nono capitulo. Paruulus natus est***

nobis: et filius datus est nobis: hodie: ubi aduerte q̄ licet nox
 esset: angelus tamen noctem illaz suo clarificauit splendoē: vn
 de in oratione istius misse nocturne dicitur qui hanc sacratiss
 mam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescē: saluator
 de cuius natiuitate predictum est Ysa. decimo. Clamabūt ad
 dominum a facie tribulantis et mittet eis saluatorem et propu
 gnatorem: qui liberet eos: qui est christus quo ad humanitatē
 quē oīs multitudo iudeoz expectat. sed quia non cognouerūt
 uerentem ideo sicut Britones regem Artaxium. sic iudei chri
 stum uenturum expectant. sed non ueniet nisi ad iudicium quā
 do red det eis iuxta opera eorum. quia iam uenit in carnem: do
 minus quo ad deitatem: in ciuitate dauid: id est in bethleem iu
 de: ubi dauid traxit originem. sed quia pastores iudei erant q̄
 iuxta dictum apli querunt signa ad confirmationem dictorum
 ideo subiungit angelis et hoc uobis signuz q̄ uera sint que uo
 bis annuncio: inuenietis infantem: ecce saluatoris infantie et as
 infans autem dicitur quasi non fans. id est non loquens. et hec
 est prima hominis etas. christus autem cum esset deus. et cū dei
 tatis uirtute loqui possit quia ipse aperit os mutoruz et ligual
 infantium facit disertus. ut dicitur Sap. decimo. nihilomin⁹ ta
 men humane infirmitatis demonstrabat infantiam. uagiens in
 tunabilis. lacrimis subuolens uultum ut dicit Aug. Gestus
 pretendens membrorum infantium. nulluzq; adhuc demonstrat
 diuinitatis indicium. pannis inuolutum. ecce habitus uilitas
 quia sola ipsa uirgo inuoluerat: fascia strinxerat: spiritu sancto
 docente: in presepio. ecce mira humilitas. ut ille cui celum est
 sedes: quem non capit mundi fabrica: intra presepis contineat
 angustias. hoc est quod dixit propheta. Verbum abbreviatum
 faciet dominus super terram. quod est Ihesus christus benedict⁹
 in secula seculorum Amen:

Quarta pars

¶ Quarto cum dicitur et subito facta est tangitur milita
 re tripudium superne ciuitatis: et subito facta est cum
 angelo multitudo celestis militiae. Nota q̄ multitudo
 celestium cuius sociata est angelo nunciante propē
 tria. Primo ut multitudo aduentū confirmaret dictum age
 li. Secundo ideo multitudo angeloz descendit. ut uiderent hāc
 magnam nouitatem nascentis temporaliter ex matre. cuius eter
 nam uidebant generationem ex parte in celestibus. Psalmista:
 Sicut audiuius sic uidimus. Tertio ideo descenderunt: ut as
 torarent ortum nascentis ex uirgine Psalmista. Adorent eum